

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Gottlieb Christophori Harles Anthologia Graeca Poetica

Harless, Adolf Gottlieb Christoph

Baruthi, MDCCXCII.

VD18 13527622

Carmen XXVIII.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18225

Πηγὴ ῥέουσα Παιῖδος.
 Τίς ἂν ἐν ὄρων παρέλθοι
 Καταγώγιον τοῖδ'το;

CARMEN XXVIII. *).

De sua amica.

" Ἄγε, ζωγράφων ἄρισε.
 Γράφε, ζωγράφων ἄρισε,
 'Ροδῖνς κάρανε τέχνης'

Ἄπεδ-

surum. Claudian. in Rufin. l. 214. *labentis murmurā rivi.* Sil. Ital. III. 224. ad quem locum vid. *Drakenborch.* Casaubonus ad Sapph. pag. 137. nostrum quoque locum interpretatur et exponit per: *sufurro oblectare.* Quod vero Anacreon fonti audacter tribuit vim persuadendī atque eloquentiam; eo nouum carmini adfert ornatum, ingenique prodit splendorem et vbertatem. — Καταγώγιον proprie *diuersorium*, h. l. eleganter de loco, vbi arbor umbrosa est, et fons garrulus.

*) De oda hac pulcerrima, quam in tabula quadam pictor exprimat, *Lessingius* in *Laocoonte* P. I. pag. 202. et pag. 212. quaedam eleganter monuit: adde *Winkelman* in *Geschichte der Kunst des Alterthums* P. I. pag. 168-183. et pag. 206. dein in *Anmerkungen* etc. P. I. p. 52. nec contulisse poenitebit epigrammata, a *Klotzio* in obseruat. ad *Tyrtaeum* pag. 24. sq. prolata et explicita. *Schneider* in den *Anmerkungen* p. 218. sq. copiosus est in illustrando hoc odario. Compara *Aristaenet.* I. ep. I. lib. II. ep. 21. *Aelian.* V. H. lib. XII. 1. etc.

v. 2. Γράφε. vid. indicem et *Camerarii* comment. vtriusque linguae pag. 101. 102. De vocab. ζωγράφ. pictor. v. *Valkenaer* ad *Theocriti Adoniaz.* pag. 374.

v. 3. 'Ροδῖνς. Haec lectio, e coniectura *Stephani* orta, molier est priore 'Ροδῖνς. *Rhodii* enim picturae et sculpturae fuerunt peritissimi, iisque, vt et reliquis

Ἀπεῖσαν, ὡς ἂν εἶπω,
 5 Γράφε τὴν ἐμὴν ἐταίρην.
 Γράφε μοι τρίχας τὸ πρῶτον
 Ἀπαλαίς τε καὶ μελαίνας.
 Ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύνηται,
 Γράφε καὶ μύρον πνεύσας.
 10 Γράφε δ' ἐξ ὅλης παρεΐης,
 Ὑπὸ πορφύραισι χαίταις,

Ἐλε.

artibus, insignes. *Plin. libr. VII. c. 38. libr. XXXV. cap. 10. conf. Schumacher. de Rhodo litterata comm. binas. Ien. 1760. praecipue comment. II. p. 13. — κάρανε*, quod est minus obuium vocabulam, et mediani producit, suspicatus est *Lenner* ad *Phalarid. epist. XIX. pag. 97. b. et recepit Brunck. vulgo κάρανε*, pro quo, id quia metro repugnaret, *τύραννε* legendum censet *Stephanus, Faber, et Schneider ad h. l. et Alberti ad Hesych. 1072. Sens. egregie pictor.*

v. 4. *describo*; sic dicere apud *Melam, cl. Kapp* in litteris ad me datis.

v. 7. *μελαίνας*. Hunc colorem Graeci veteres amabant. vid. *Fabrum* ad h. l. et *Hadrian. Iunium de coma pag. 575.* Neque vero plane nigros crines intellige: *μέλας* enim indicat, ut *nigrum*, omnes aliquanto nigros et subobscuros colores. *Barnes. vertit nigricantes.*

v. 8. *Si certa admittere potest.* Sic. od. 18. v. 18. [od. 49. v. 7.

v. 10. ὅλη παρεΐα est gena integra. *Holstius*, qui multus est super h. l. *Heinsii* coniecturam: *γράφει δ' ἐξ ὅλης ἀραιῆς tenuique fac tumore* in textum admisit.

v. 11. *πορφύρας* idem esse potest, quod in od. 29. 3. *λιπαρὸν nitens.* Nam, quidquid splendet et vere nitet, graece dicitur: *πορφύραν.* Hinc apud *Bion Idyll. VIII. 19. ἄνθος χιονέαις πορφύρε παρεΐης*, flos niuis rubebat (siue potius splendebat) genis. *Virg. Aen. I. 594. lumen iuuentae purpureum. id. Ecl. VIII. 40. Ver purpureum.* Deinde etiam idem est ac *rubens*, compara od.

Ἐλεφάντινον μέτωπον.
 Τὸ μεσόφρονον δὲ μή μοι
 Διάκοπτε, μήτε μίσηγε·
 Ἐχέτω δ', ὅπως ἐκείνη,
 Τὸ λεληθότως σύνοφρον

15

Βλε-

sq. v. 4. 5. ibique notam. Tum, vti h. l., indicat colorem *nigrum*, eo vero potissimum sensu, quem ad v. 7. definimus. *Hom.* II. α', 482. κῆμα πορφύρεον, de mari nigro, h. e. alto. id. II. σ', 16 *Virg.* Georg. III. 373. mare purpureum. De morte quoque dicitur, *Homer.* II. ε', v. 48. πορφύρεος θάνατος, ad quem loc. vide *Clark* et *Ernesti.* conf. *Du Poy* Gnomolog. *Homeri* pag. 24. et *Salm.* exercit. *Plinian.* p. 237. edit. Paris.

v. 12. Frontem *eburneam*, h. e. candidam. Poetices studiosi hic semel monendi sunt; poetas ad rem suaviter et accurate depingendam, et summum gradum pretii pulcritudinis turpitudinisue indicandum et finiendum, sensibusque adcommodandum, epitheta et adiuncta a rerum natura formaue, aut historia aut mythologia sumere, quo sententia magis illuminetur, ac lectores adficiantur magis aut delectentur, quam si nudum et vulgare addidissent adiectivum. *Petronius* cap. 126. pag. 602. edit. prior. *Burm.* (qui quasi expressit *Anacreontem*): „crines, ait, ingenio suo flexi, per totos sese humeros effuderant: frons minima, et quae radices capillorum retro flexerat: supercilia vsque ad malarum scripturam currentia, et rursus confinio luminum paene permixta: oculi clariores stellis extra lunam fulgentibus: nares paullulum inflexae: et osculum, quale *Praxiteles* habere *Dianam* credidit. iam mentum, iam ceruix, iam manus, iam pedum candor, intra auri gracile vinculum positus, *Parium* marmor exstinxerat.“

v. 16. confer *Camerarii* Comment. vtriusque linguae p. 67. 70. sq. *Stephanus*, quem consulas, ad h. l. bene obseruat, linguae latinae inopiam reddere loci huius interpretationem paullo difficiliorem. Nam nec nomen habet, quod plane respondeat huic Graeco *σύνοφρον*; nec

B

Βλεφάρων ἴτυν κελαίηνη·
Τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς

Ἄπο

quod illi μεσόφρον. Hinc ne Cicero quidem de N. D. II. cap. 57. omnia reddere et interpretari potuit, quae Socrates apud Xenophont. Mem. Socr. I. 4. §. 6. de custodia et praesidio quasi oculorum dixerat. Mihi quidem, ut ad Anacreontem reuertar, ea interpretatio, (reliquorum enim interpretum sententias excutere, nec vacat, et ab instituto nostro abest,) minus difficilis et contorta, quam aliorum esse videtur, quando, versum decimum quintum et duo sequentes, dixerim, esse explicationem vers. 14. ut ἐχέτω exhibeat, referat, exprimat, referatur ad Κηρὸς in versu octauo; post ἐκένη supplendum sit ἐσι aut ἔχει. τὸ λεληθότως συνοφρὺν denique innuat, pictorem cauere, ne puellam pingat plane superbulam, cuius intercilium diremtum esse videatur, aut omnino tristem, quae frontem corruget et quasi misceat; sed hilarem, ingenuam et venustam, quae seueritatem vultus et grauitatem condiat amoenitate quadam et comitate. Vultum enim puellae, aut alius cuiusuis hominis, superciliis in femiorbium speciem λεληθότως, ut discrimen vix sentias, curuatis iunctisque si intueberis, in natura ipsa hanc interpretationem positam deprehendes, ita, ut dulcedinem animumque poetae, ad naturam rei accurate referendam, intentum sentias et admireris. Pollux autem libr. II. Sect. 50. τὸ συνοφρῶσθαι supercilia contrahere, apud tragicos de tristibus dici obseruat; et Scholiaf. ad Theocrit. Idyll. VIII. 73. συνοφρὺς κόρα, explicat ἐνόφθαλμος ἢ συνετή. confer Trilleri obsl. p. 201. et Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. 756. Fischer V. Cl. cum Barnesio malit legere συνοφρῦ. verba τὸ λεληθότως συνοφρῦ de superciliis leui discrimine iunctis, verba autem βλεφάρων ἴτυς de ciliis, palpebris extremis, accipit, κελαίηνη denique etiam ad συνοφρῦ, mutato genere refert. Sensus igitur loci est illi: habeat amicae meae imago, quae ipsa habet, supercilia et cilia nigra, h. e. pilis nigris vestita. conf. Lessing. in Laocoonte pag. 202. P. I.

v. 18. In oculis praecipua pulcritudinis habebatur sedes. vid. Alciph. III. ep. I. ibique Bergler, et Musaeum

Ἐπὶ τῆς πυρῶς ποίησον·
 Ἄμα γλαυκὸν, ὡς Ἀθήνης·
 Ἄμα δ' ὑγρὸν, ὡς Κυθήρης·
 Γράφε ῥῖνα καὶ παρειάς,
 Ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας·

B 2

Γρά-

20

v. 64. ibique *Schrader*. Plura disputavi de hac re in commentatt. philol. I. et II. de *Oculo*.

v. 20. 21. *Oculi sint partim graues et quasi terribiles, partim amabiles.* γλαυκοὶ oculi sunt secundum *Plin.* hist. nat. VIII. 21. iidem, qui et caefii, quales sunt felis, leonis et noctuae oculi. adde ind. *Alciph.* III. 67. *Neuridam* vocat, τὰς βόλαις τῶν ὀφθαλμῶν ἀσράπτεισαν, acie oculorum corruscantem. *Seneca* *Hyppolit.* v. 795. *Quam grata est facies torua viriliter.* Illud *Homeri* II. α', 206. γλαυκῶπις Ἀθήνη imitatus videtur *Anacreon*, quem etiam od. 29, 12. et *Theocr.* *Idyll.* XX. 25. confer. De *Venere* vide *Philostr.* *Icon.* II. 1. p. 810. ed. *Olearii*. De voc. ὑγρῶν, quod proprie significat madidum, vide indicem, *L. Bosium* in *Animadu.* ad scriptores graec. pag. 46. 47. atque *Fischer*, qui commode laudat *Glossar. bibl. Coislin.* pag. 476. ὑγρὸς ὁ εὐκατάφορος, εἰς τὰς ἡδονὰς ἕνεματιζόμενος. atque in oculis amantium mobilibus cerni potest aliquis humor: ab ὕγω, *sugo*. *Nemes.* *Ecl.* I. 54. de *Meliboeo* planius cecinit. *Blanda tibi vultus gravitas et mite seuera* (al. *serena*) *Fronte supercilium, sed pectus mitius ore.* conf. *Epigr.* 219. libri III. in *Anthol.* *Burmann.*

v. 22. 23. conf. *Achill. Tat.* I. p. 17. *Bion.* I. 27. *Propert.* II. el. 2. v. 19. *Musaeum* v. 58. vbi *Schraderus* plura collegit exempla, quibus illustraret, colorem candidum purpureo s. roseo mixtum, fuisse laudatissimum: adde *Schwebel* ad *Bion.* I. v. 11. *Dorville* in *Van. critio.* pag. 102. et ad *Chariton.* p. 161. *Klotz* lectt. *Venus.* pag. 377. sqq. et ad od. seq. vers. 18. Componere haud poenitebit, quae apud *Thomas Percy* in *Reliques of ancient english Poetry* (London 1765. vol. II. p. 133.) secundum interpretationem in *der Neuen Bibliothek der schoenen*



Γράφε χεῖλος, δια Πειθῆς,
 Προκαλόμενον Φίλημα.
 Τρυφερῶ δ' ἔσω γενεῖς,
 Περὶ Αὐγδίνῳ τραχήλῳ,

Χάρι-

Wissenschaften (vol. II. part. I. pag. 71.) leguntur. „Ihr krauses Haar schien jedem Blicke den reinsten Fäden Goldes gleich; Ihr glänzend Aug warf wie die Perlen aus Morgenland ein himmlisch Licht, das Blut trieb eine solche Farbe auf der crystallinen Wange vor, als ob die Lilie und Rose im Wettstreit um den Vorzug wär.“ vid. etiam od. seq. v. 28. ibique notam.

v. 24. H. e. *labia ridentia et eiusmodi, ut inuitent ad oscula.* Quidquid enim vim habet adliciendi, ei tribuitur *πειθῶ*. v. Fischer. Labia autem sunt Suadae, Gratiarum comitis sedes. v. Fabrum et Fischer. ad h. l. et Klotzii Lectt. Venus. pag. 187. adde *Wielandi* Comische Erzählungen. Endymion. v. 49. sqq.

26. v. *Lessingii* Laocoon. p. 218.

27. *Αὐγδ.* verto, circa, aut, per *candidum* collum. *Martial.* l. ep. 13. v. 3. habes *Candida-Lygdos.* conf. *Schrader* ad *Musaeum* pag. 176. *Stephanus*, qui benedixerat, esse marmoris genus, laudauit iam *Philostrati* prooem. Iconum, vbi *Olearius* plura de hoc lapide *Alabastrite* profert, idemque laudat *Plinium* H. N. XXXVI. 8. qui ab initio, „De *Alabastrite*, et *Lygdino* et *Abalandico*; ait, Hunc aliqui lapidem *alabastritem* vocant, quem cauant ad vasa vnguentaria. — Nascitur circa *Thebas* *Aegyptiacas* et *Damascum* *Syriae*. Hic ceteris candidior.“ Est etiam *λύγδος Paria* conf. *Salmasii* *Exercitt. Plinian.* pag. 394. edit. *Ultraiect.* qui de hoc lapide agit copiosissime. Poetae vero candorem et nitorem hominis aut rei etiam cum *Pario* marmore comparare solent. Apud *Theocrit.* VI. 38. nitor dentium comparatur cum marmore *Pario.* *Pindar.* *Nem. Od.* 4. v. 131. *σείλας θέμεν Πάρης λίθῃ λευκοτέρῃαν.* vbi *Schol.* *Parium* lapidem vocari *lygdinum*, scribit. *Horat.* I. od. 19. v. 5. *Vrit me Glyceræ nitor splendentis Pario marmore purius.* Confer *Klotz* de felici audacia *Horatii* pag. 155. in *Opu- sculis.*

Χάριτες πέτοιτο πάσα.
 Στόλισον τὸ λοιπὸν αὐτήν
 Ὑποπορφύροισι πέπλοισ.
 Διαφαινέτω δὲ σαρκῶν
 Ὀλίγον, τὸ σῶμ' ἐλέγχον.
 Ἀπέχει βλέπω γὰρ αὐτήν.
 Τάχα, κηρὲ, καὶ λαλήσεις.

30

CARMEN XXVIII. *)

De Bathyllo.

Γράφε μοι Βάθυλλον ἔτω,
 Τὸν ἑταῖρον, ὡς διδάσκω.

B 3

Λιπέα-

v. 29. στόλισον, orna, v. indicem, et *D'Arnaud Animadu.* p. 22. sqq.

30. Subpurpureum imperat colorem, qui dilutior sit, et alios transmittere possit colores. De *peplo* v. indicem. Hanc vestis descriptionem multi illustrarunt, (v. *Bergler.* ad *Alciph.* pag. 160.) et artifices veteres in statuis et gemmis imitati sunt. v. *Klotz ueber den Nutzen und Gebrauch der alten geschnittenen Steine,* pag. 86. 87. *Altenb.* 1768.

v. 32. quod cutem prodat: simili, saltem parumper diuerso modo, *Horat.* lib. I. od. 9. v. 21. Nunc et latentis *proditor* intimo *Gratus* puellae *risus* ab angulo.

v. 33. ἀπέχει, sufficit, satis est: quod bene signat poetam, spiritu adflatum, qui incalescens et gaudio perfusus puellam ipsam videre sibi videtur. *Leisnerus* *μίσθον* supplet et legit ἀπέχε, accipe mercedem: quam interpretationem fulcire videtur v. 44. carminis sequentis.

*) Adiungimus hanc odam superiori, quia altera alteram illustrat, atque comparatio duorum carminum et delectabit adolescentes, Graecarum venerum cupidos, et sensum insigniter acuet. conf. *Lessing.* *Laocoont.* pag. 213.

